m redires. per periurio annum unum a corpore et sanguine domini sis segre-
gatus. et xl dies in pane et aqua peniteas. Ad caritatem quoque quae operit mul-
titudinem peccatorum redi celeriter. Si definisti. vel iuramento te ob-
ligasti aliquid agere quod deo non placeret. iuxta modum peccati pe-
nitentiam age. et hoc quod temere et iniuste definisti iterum revo-
De furatis rebus ecclesiasticis ces. Si aliquid te incaute iurasse contigerit. quod observatum peio-
rem verteret. in exitum iuxta synodalia decreta mutandum decer-
nimus. quam te permanente iuramento in aliud crimen maius devertaris.

Furatus es aliquid de ecclesiastico thesauro intra ecclesiam sive
aurum sive argentum. seu gemmas. sive libros. sive pallia altaris. sive
sacerdotalia vestimenta. sive vela sive tapeta. sive aliquid quod ad
usum ecclesiae vel datum est vel factum est. si fecisti redde quod tulisti et iii. car-
rinas cum vii. sequentibus annis peniteas. Si ipsas sacras reliquias
furatus es. reportatis sacris. vii. carrinas ieiunare debes.

Si non reddis. ii. annos per legitimas ferias penitere.

Si infregisti alicuius domum christiani per noctem et ibi tulisti eius
quadrupedia. id est aut equum. aut bovem. aut alia eius anima-
lia. aut fortiorem causam valentem xl solidis pretium redde. et annum
unum sed per legitimas ferias penitere debes. Si maius furtum fecisti.
magis debes penitere. Et si saepe fecisti. tanto magis debes
augere penitentiam. Si parvum furtum fecisti. decem dies in
pane et aqua debes penitere. Pueri v. dies in pane et aqua peniteant. Si rapi-
nam fecisti gravius debes penitere. quia miserabilius est quod per ipsum
se videntem rapuisti. quam quod sibi dormiente vel absente furatus es.

De furto ex necessitate facto Si fecisti furtum necessitatis causa. sic causa dico ut non haberes
unde viveres. et propter famis penuriam. et tantum furatus es vic-
tualia extra ecclesiam. et non propter consuetu- dinem fecisti. redde